

nid patri eius: in loco quē parauerat da
 uid in area horum ierusalem. Cepit autem
 edificare mense secundo anno quarto re
 gni sui. Et hec sunt fundamēta que iecit
 salomon ut edificaret domum dei: longi
 tudinis cubitos in mensura prima sexa
 ginta: latitudinis cubitos viginti. Por
 ticum vero ante frontem que iēdebat
 in longum iuxta mensuram latitudinis
 domus: cubitorum viginti. Porro alti
 tudo centum viginti cubitorum erat. Et
 deaurauit eam intrinsecus auro mundis
 simo. Domū quoque maiorem texit tabu
 lis ligneis abiegnis: et laminas auri oby
 rizi affixit per totum. Sculpfitque ea pal
 mas: et quasi carenulas se inuicem com
 plectentes. Stravit quoque pauimentum
 templi preciosissimo marmore: decore
 multo. Porro aurum erat. pbatissimum
 de cuius laminis texit domum et trabes
 eius et postes et parietes et ostia et celauit
 chrysin in parietibus. Fecit quoque domū
 sancti sanctorum: longitudinem iuxta lati
 tudinem domus cubitorum viginti: et
 latitudinem similiter viginti cubitorum.
 Et laminis aureis texit eam quasi talen
 tis sexcentis: sed et clauos fecit aurcos:
 ita ut singuli clauos quinquagenos
 appenderet. Cenacula quoque texit auro:
 Fecit etiam in domo sancti sanctorum che
 rubin duos operaturarios: et texit eos au
 ro. Ale chrysin viginti cubitis exten
 debatur: ita ut una ala haberet cubitos quin
 que et tangeret parietem domus: et altera
 quinque cubitos habens alam tangeret al
 terius chrysin. Similiter chrysin alterius
 ala quinque habebat cubitos: et tangebatur
 parietem: et ala eius altera quinque cubi
 torum: alam chrysin alterius contingebatur.
 Igitur ale utriusque chrysin expanse erant
 et extendebatur per cubitos viginti. Ipsi
 autem stabant erent pedibus: et facies eo
 rum erant verso ad exteriorē domum.
 Fecit quoque velum ex byacintho purpu

ra cocco et bysso: et intexit ei chrysin.
 Ante fores etiam templi duas colūnas
 que triginta et quinque cubitos habebant
 altitudinis. Porro capita earum quinque cu
 bitorum: nec non et quasi carenulas in ora
 culo: et superposuit eas capitibus colūnarum.
 Malo granata etiam centum que carenulis
 interposuit. Ipsas quoque columnas
 posuit in vestibulo templi: unam a dextris
 alteram a sinistris. Eam que a dextris es
 rat vocauit iachin: et que ad leuam voca
 uit boaz.

C III
HECIT quoque altare eneum viginti
 cubitorum longitudinis: et vigin
 ti cubitorum latitudinis: et decem
 cubitorum altitudinis. Mare etiam eneum
 fuisse decem cubitis a labio usque ad labi
 um: rotundum per circuitum. Quinque
 cubitos habebat altitudinis: et funiculū
 triginta cubitorum ambigebat gittum eius.
 Similitudo quoque bouum erat subter il
 lud. Et decem cubitis quidam equinsecus
 celature: quasi duobus versibus labium ma
 ris circūbant. Boues autem erant fusiles:
 et ipsum mare super duodecim boues ipo
 situm erat: quorum tres respiciebant ad aqu
 lonem: et alij tres ad occidentem. Porro
 tres alij ad meridiem: et tres qui reliqui
 erant orientem habentes mare superpositum.
 Posteriora autem bouum erant intrinsecus
 sub mari. Porro vastitas eius habebat me
 suram palmi: et labium illius erat quasi
 labium calicis vel repandi lili: capiebat
 quod tria milia metretas. Fecit quoque con
 chas decem: et posuit quinque a dextris et
 quinque a sinistris: ut lauarent in eis ossa
 que in holocaustum oblaturi erant. Porro
 in mari sacerdotes lauabantur. Fecit
 autem et candelabra aurea decem secundum speciem
 quaz iusserat fieri: et posuit ea in templo
 quinque a dextris et quinque a sinistris. Nec
 non et mensas decem: posuit eas in tem
 plo: quinque a dextris et quinque a sinistris
 phialas quoque aureas centum. Fecit etiam